Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bellatores qui cum eo erant disp
si sunt. et reliquerunt eum. Apprehensum
q. regem duxerunt ad regem baby
lonis. in reblatha. Qui locutus e
cum eo iudicium. filios autem sede
cie occidit coram eo. et oculos eius
effodit. ligauitq; eum cathenis. et ad
duxit eum in babylonem. mense
v.to vij. die nisis. ipse e annus nue
simus nonus regis babylonis. ue
nit nabuzardan princeps exercitus
regis babylonis in ierlem. et succe
dit domum domini. et domum regis.
et domos ierlem. omnemq; domum
combussit igni. et muros ierlem in cir
cuitu destruxe omnis exercitus chal
deorum. qui erat cum principe militum.
Reliquum autem populi q remanse
rat in ciuitate. et profugos qui con
fugerant ad regem babylonis. et re
liquum multitudinis transtulit nabuzar
dan princeps militum. et de paupe
ribus terre reliquit uinitores. et agro
las. Columpnas autem aereas que
erant in templo domini. et bases. et
mare aereum. quod erat in domo domi
ni fregerunt chaldei. et contulerunt es
omne in babylonem. Ollas quoq;
aereas. et truellas. et tridentes. et cy
phos. et mortariola. et omnia ua
sa aerea in quibus ministrabant.
tulerunt. nec non et thuribula. et
phyalas. que erant aurea. et argen
tea. tulit princeps militum. idem co
lumpnas duas. et mare ereum. et
bases quas fecerat rex salomon in
domo domini. nec erat pondus eris
omnium uasorum. Decem et octo cubi
tos altitudinis habebat columpna
una. et capitellum eiusdem super se.
altitudinis trium cubitorum. et reti
culum. et malagranata. super capitel
lum columpne. omnia aerea. simi
lem. et columpna secunda habebat orna
tum. Tulit quoq; princeps militum
e sacerdotem primum. et sophoni
am sacerdotem secundum. et tres iantito
res. et de ciuitate eunuchum unum.
qui erat prefectus super uiros bella
tores. et quinque uiros de his qui
steterant coram rege. quos reperit
in ciuitate. et sopher principem ex
ercitus qui probabat tyrones de po
pulo. et sex uiros de uulgo qui inuen
ti fuerant in ciuitate. Quos tollens
nabuzardan princeps militum du
xit ad regem babylonis in reblla
tha. percussitq; eos rex babylonis
et interfecit eos in reblatha. in terra
emath. et ablatus e iuda de terra
sua. Populo autem qui relictus erat
in terra iuda. quem dimiserat na
buchodonosor rex babylonis. pre
cit godoliam. filium aricham. filij
saphan. Qd cum audissent om
nes duces militum. ipsi et uiri q
erant cum eis. audiens q constituisset
rex babylonis godoliam. uenerunt
ad godoliam in maspha. ismahel
filius nathanie. et iohannan fili
charee. et saraia filius thanemath
netophathites. et iezonias filius
machati. ipsi et socij eorum. Iurauitq;
eis godolias. et sotijs eorum dicens.
Nolite timere seruire chaldeis. et
manete in terra. et seruite regi babylo
nis. et bene erit uobis. Factum est autem
in mense septimo. uenit ismahel filius
nathanie. filij elisama. de semine
regio. et x uiri cum eo. percusseruntq;
godoliam. qui et mortuus est. et
iudeos et chaldeos qui erant cum
eo in maspha. Consurgens autem
omnis populus a uno usque ad maio
rem. et principes militum. uenerunt
in egyptum. timentes chaldeos.
Factum est uero anno. xxx. vij. trans
migrationis ioachym regis iu
de. mense. xij. tricesimo et vij. die
mensis. sublleuauit euilmeradach
rex babylonis anno quo regnare
cepit. caput ioachym regis iu

saraiam